Paucitas dierū meorū finietur breui dimitte ergo me
dn̄e vt plangā paululū dolorem meū anq̄ vadam

Vado mori ſtultus mors ſtulto vel ſapi
enti Non iungit pacis federa Vado mori

Ortus cūcta ſuos repetūt matremqꝫ requirunt Et redit in nichilum quod fuit ante nichil.

Mors
Super campos vrbes qꝫ opida
Commediſti pullas atqꝫ pullos
Et ego mors ſum tibi trepida
Q̄uis tamen non dimitto vllos
Oppreſſiſti magnos et paruulos
Tanq̄ haſtor q̄ualidiſſimus
Quanti facis barbam et capillos
Valet primus ſicut nouiſſimus

Haſtator
Nunc timeo illud paſſagium
Nam mors ſemper cunctis terribilis
Sed eſt via vero mortalium
Q̄uis tamen ſit michi crudelis
Contra illam nulla res vtilis
Quid prodeſſet ergo deſſendere
Cum debitum iuris naturalis
Vnuſquiſqꝫ tenetur reddere

Mors
Tu fatue ſi nunc hic choreas
A natura hoc tibi prouenit
Sed aſpice ne modo pereas
Sic omnibus pergere conuenit
In ſcriptura quilibet inuenit
ꝙ omnibus mori eſt ſtatutum
Stultus eſt qui hoc non meminit
Nam omnis res tendit ad vltimum

Stultus
Hic ſunt omnes boni amici
Choreantes veluti concordes
Q̄uis tamen erant inimici
Q̄ plurimi et mundo diſcordes
Pauci vero ſunt miſericordes
Sed idem ſunt ſtultus et ſapiens
Qui conſpicis ergo hoc memor es
Qui non timet deum inſipiens

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf